DEORUM NOMINA HOMINIBUS IMPOSITA.

Dissertatio Inauguralis

quam

auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in Academia Kiliensi

ad summos in philosophia honores adipiscendos

scripsit

Hans Meyersahm

Oldenburgensis-Holsatus.

Adversarii erunt:

Otto Meyersahm, Drd. med.
Hermannus Harries, Drd. phil.
Ericus Klostermann, cand. phil.

Kiliae.
Ex officina H. Fiencke.
MDCCCLXXXXI.

Rectoratsjahr 1891/92.
No. 9.

Imprimatur:
Prof. **J. Lehmann**
h. t. decanus.

MATRI CARISSIMAE.

Saepissime deorum nomina non mutata hominibus imposita esse ex titulis discimus et Graecis et Latinis. De qua re mirum est neminem veterum disputasse. Nam quod Clemens Alexandrinus in Protreptico IV, 54 et Athenaeus II, p. 289 de Ceyce, Alcyona, Menecrate, aliis disserunt, non de veris nominibus agunt, sed de talibus, quae per superbiam aut per jocum assumpta sunt. Nostra autem aetate, ut omittam Spanhemium [1]) et quae Reiskius in editione anthologiae Palatinae adnotavit ad carmen 462, Keilius [2]) breviter de hac consuetudine disseruit, Sturzius [3]) et Heffterus, etsi eam attigerunt tamen exemplis tam paucis utebantur, ut rem perspicere non possent. Nam Sturzius si dicit: »Etiam nomina deorum ipsa, neque ullo modo mutata, hominibus »nonnumquam dabantur, ut *Ἆπις, Ἀσκληπιός, Διόσκυρος*«, ignorasse videtur etiam summorum deorum nomina adhiberi, (*Ἄρτεμις* enim inter nomina ad is derivat a numerat [4]). Heffterus autem scribit [5]): »Auch finden sich obwohl nur wenige Beispiele, dass »Römer nach griechischer Weise mit den Namen von Göttern »selbst begabt worden wären,« nimirum, quoniam corpus inscriptionum Latinarum nondum editum erat, magnam ejusmodi nominum copiam non cognoverat. Keilius vero [6]) et quomodo orta sit haec consuetudo explicare studet et ex Graecis titulis aliquot

---

[1]) Spanhemius de praestantia et usu numismatum antiquorum. Amsterdam 1671.

[2]) Keil, specimen onomatologi Graeci Lipsiae 1840.

[3]) Sturz, de nominibus Graecis Lipsiae 1825, p. 88.

[4]) l. c. p. 86.

[5]) Heffter, die römischen Personen- und Geschlechtsnamen, Zeitschrift f. Gymnasialwesen. Jahrg. 1863, p. 651.

[6]) l. c. p. 6 seq.

exempla attulit. Sed ne eiquidem magna, quae nunc est titulorum copia praesto erat, nec de tempore aut ordine illorum hominum dixit nec deniqueLatinorum nominum paucis exemplis exceptis rationem habuit.

Fick denique in libro, quem de Graecis nominibus scripsit [1]) de nonnullis quoque ex his nominibus obiter disputavit, in universum in hanc appellandi consuetudimen non inquisivit. [2])

Post hos igitur viros non inutile duxi dedita opera in hanc veterum consuetudinem inquirere.

Ac primum quidem de Graecis tum de Romanis singillatim ita disputato, ut cujus generis hominibus data sint nomina, quibus locis inventi, quo tempore exarati sint tituli quaeram. Sed primum dutitatio, quae possit oriri, removenda erit, sintne justa ac sollemnia hominum nomina ea, quae sibi a dis mutuabantur: quae mihi quidem eo profligari videtur, quod titulorum non parva pars infantibus tributa esse haec nomina evincit.

Inveniuntur enim:

Ἑ ρ μ ῆ ς octo annorum I. G. K. 1889: *Δύο τέκνοις Ὀκταβίῳ Ἑρμῇ ἐτῶν η̍.*

H e r m e s mensium quinque, dierum septem C. I. L. VI, 12664: Memoriae A. Atini Hermetis Demetriani, qui vix. m. IIII, dieb. VII, fec. Atinia filio dulcissimo. —

---

1) A. Fick, die griechischen Personennamen, Göttingen 1874.

2) Praeterea quae, in C. I. L. vol. II. E. Hübner ad duos titulos adnotat, ad nostram rem pertinent. Dicit enim ad titulum II, 4084, qui est: »Minerve Aug. Mercurius et mulier ex vot[o].«

»Mercurius videtur male lectum esse, hominis enim nomen esse nequit.«

Alter titulus II, 4415 est:

Veneri,
Latinillae,
Spedius, Ma-
ternianus,
Maritus.

Hübner addit: »Venus fortasse pro Iunone sive dis Manibus posita.«

Ex quibus perspicitur Hübnerum negare vet rectius tum negasse deorum nomina hominibus dari posse, quamquam in ceteris deorum nominibus, quae eodem sensu usurpantur, non offendit. Profecto utroque loco dei nomen homini datum est,

Puero enim nomen fuit A. Atinius Hermes Demetrianus [1]) neque est, quod Demetrianum Hermetis servum esse suspicemur.

Herma anni mensium XI. C. I. L. VI, 19365. — Dis Manib. Hermae vix. annum. mens. XI, diebus XXVI. . . . . —

Aphrodite anni mensium XI: C. I. L. XIV, 502. — D. M. Aphrodites q. v. anno uno mens. XI. —

Pallas annorum VII: C. I. L. VI, 15526 — Claudia Pallas et Julia Pallas VA III m. V. —

Mercurius annorum VII: C. I. L. XI, 2562. — Vibio Mercurio qui vix. ann. VII. —

Phoebus annorum VIII: C. I. L. VI, 4560. — Phoebo vix. an. IIX. —

Quae cum ita sint videamus primum, quae deorum nomina transierint ad homines in titulis Graecis. Invenimus: [2]) *Ἀθηνᾶ, Ἀπόλλων, Ἄρης, Ἄρτεμις, Ἀφροδίτη, Ἑρμῆς. Παλλάς, Ποσειδῶν, Φοῖβος.*

Horum etsi *Παλλάς* et *Φοῖβος* initio Minervae et Apollinis cognomina erant, tamen, quod et apud scriptores et in titulis saepissime sola pro dis usurpantur, inter nomina deorum jure numerantur. Videntur autem in Graecis quoque titulis haud pauca nomina ad Romanos pertinere, velut:

C. I. G. II, 1970. Thessalonicae ***Μ. Ἰούλιος Ἑρμῆς.***

C. I. G. II, 2135. In mari Aegaeo ***Π. Βοιτηνὸς Ἑρμῆς.***

C. I. G. I, 1341. Spartae ***Μαρ. Αὐρ. Φοῖβος.***

Atque etiam inter ephebos Athenienses nomina Romana leguntur, quibus cognomen additum est dei nomen, velut:

Κλαύδιος Ἑρμῆς ἔφηβος. (C. I. A. III, 1142, a. p. C. 180).

Αὐρήλιος Ἑρμῆς ἔφηβος φυλῆς Κεκροπίδος. (C. I. A. III, 1193, a. p. C. 230—35).

---

[1]) Cognomina in »anus« exeuntia, quid significent, ostendit Hübner, Römische Epigraphik. (Iwan Müller vol. I) p. 515.

[2]) Compendia.

C. I. A.: corpus inscriptionem Atticarum. C. I. G.: corp. inscriptionum Graecarum. C. I. L.: corp. inscriptionum Latinarum. C. I. R.: corp. inscriptionum Rhenanarum, ed. Brambach. I. G. K.: inscriptiones Graecae Italiae et Siciliae etc. ed. Kaibel. eph. ep.: ephemeris epigraphica.

Μέμμιος Ἑρμῆς ἔφηβος φυλῆς Πανδιονίδος. (C. I. A. III, 1192, eod. temp.)

Qui utrum Romani putandi sint, qui in Graeciam migraverunt, an Graeci nescio quo fato nomen Romanum adepti, non possum dijudicare.

Atque praeter hos titulos in ipsa Graecia repertos non desunt similes Italiae sive Siciliae, de quibus postea videbimus.

Nunc singula perlustremus atque incipiam a Mercurio, cujus nominis formas *Ἑρμῆς* et *Ἑρμᾶς* tituli praebent. *Ἑρμείας* enim excludo. Fortasse enim Sturzius [1]) verum hac in re vidit, qui *Ἑρμείας* derivatum ab *Ἑρμῆς* esse nomen contendit, quamquam ille falso *Ἑρμᾶς* quoque derivatum putat.

Addere possnm *Ἑρμείας* in titulis Atticis semel [2]) deum esse, 87 × hominem. Deinde in titulo Smyrnaeo a. p. C. 263 (C. I. G. II, 3309) [3]) et Graeco et Latino *Ἑρμείας* vertitur H e r m i a s. Dubito igitur inter deorum genuina nomina referre *Ἑρμείας*.

Contra merito contendo huc referendas esse nominis formas *Ἑρμῆς* et *Ἑρμᾶς*, etsi haud nescius sum (de Sturzio, qui idem conjecit, non probavit taceo) F i c k i u m etiam haec nomina derivata esse voluisse. Docuit enim in libro de Graecis nominibus maximam partem nominum propriorum hypocoristica esse, sed parum respexit hanc de qua nunc agimus veterum consuetudinem. Cum enim apud Graecos *Ἀφροδίτη* indubium sit divinae appellationis exemplum et eadem consuetudo apud Romanos nulli dubitationi obnoxia sit, *Ἑρμῆς, Ἀπόλλων, Ἄρτεμις* (de his tantum nominibus disputat Fick) tum demum concederem aliter explicanda esse, si exempla invenirentur temporum hoc usu multo antiquiorum. Atqui

---

[1]) Sturzius l. c. p. 87.

[2]) C. I. A. III, 123.

[Ἄ]θλα τὰ τῆς νίκης Ὠράριος Ἡρα[κλείδης],
[Λα]μπάδας Ἑρμείᾳ θῆκε καὶ Ἡρα[κλεῖ].

[3]) G. I. G. II, 3399:

ΕΡΜΕΙΑCΟ ΚΑΙ ΛΙΤΟRIC ΜΗΜ-ΓΚ HIΛMIAΛSQVI ET LITORIVS M VIII DIER XV EXCESSIT ALBINO II ET MAXIMO COS XIIII KABH

Ἑρμείας ὁ καὶ Λίτορις μ(ηνῶν) [ι]ε H e r m i a s qui et Litorius m(ensium) VIII, dier(um) XV, excessit Albino II et Maximo cos. XIIII K(al.) Ap[ril.]

Sic Boeckhius titulum explevit.

non inveniuntur, sed omnia ejusdem videmus temporis recentioris vinculo contineri. Igitur non derivata sunt Ἑρμῆς et Ἑρμᾶς de plenis nominibus velut Ἑρμαγόρας, sed deorum nomina sine ambagibus hominibus indita.

Legitur autem Ἑρμῆς 78 ×, Ἑρμᾶς 25 ×.

Ex his ingenui sunt 31: 24 ephebi[1] Attici, velut:

Ἑρμῆς ἔφηβος φυλῆς Αἰαντίδος (C. I. A. III, 1193).

Ἑρμῆς Συμφέροντος ἔφηβος (C. I. A. III, 1096).

Ἑρμῆς Ὑγείνου ἔφηβος (C. I. A. III, 1163).

Ἑρμῆς Φιλοκλέους ἔφηβος (C. I. A. III, 1142).

Ceteros vide in indice vol. III, C. I. A. p. 344.

1 ephebi Attici pater. Σύνφορος Ἑρμοῦ ἔφηβος (C. I. A. III, 1229).

Accedunt ex aliis urbibus ephebi — si Boeckhius rectum vidit, velut: urbis Sarmaticae ephebus, ejus pater, alius ephebi pater:

Ἑρμῆς καὶ Ἀγαθοῦς [υἱοὶ] Χρηστίωνος Ἑρμοῦ — Χρηστίων Ἑρμοῦ (C. I. G. II, 2130: Anapae Circassicae).

Deinde inveniuntur magistratus urbium, velut: unus Prytanis[2]) Milesius (C. I. G. II, 2878).

— ἐπιμεληθέντος τοῦ ἀρχιπρυτάνιδος — — καὶ τῶν συναρχόντων αὐτοῦ . . . . Ἑρμοῦ τοῦ Διονυσίου.

2 Prytanes Cyziceni. (C. I. G. II, 3664: Cyzici).

ἐπρυτάνευσαν καὶ ἐκαλλίασαν — Δίων Ἑρμῆς Ἕλβι(ος) Ἑρμῆς Μάρκος.

Unus civis Atheniensis invenitur in titulo Italico (I. G. K., 800).

Ἐνταῦθα κῖμαι τῆς Ἀθηναίων χθονός
Ἑρμῆς πολίτης εἴκοσι ζήσας ἔτη.

Praeter ingenuos commemoratur: unus miles Romanus.

Ἐράσμιος Χρήστου Ἑρμᾶς (dat!) χαίρειν (C. I. G. III, 5109 No. 13, in Nubia).

Unus τροφεύς: ὑπὸ Κλαυδίου Ἑρμᾶ τροφέος (C. I. G. III, 4255. Pinarae in Lycia).

---

[1]) Ephebi Attici erant πρωτέγγραφοι et ἐπέγγραφοι. Hi non civium Atheniensium filii erant, sed peregrinorum Athenis viventium et magna auctoritate praeditorum, quibus ἐφηβεύειν licebat.

[2]) Prytanes Athenis erant senatores ei, qui munere fungebantur, in aliis autem civitatibus Graecis summi magistratus, velut Rhodi, Mileti, Ephesi, Cyzici, Corinthi, alibi.

Unus *κλεινοπηγός*: *Π. Βοιτηνὸς Ἑρμῆς κλεινοπηγός* (C. G. II, 2135: in Aegaeo mari).

Duo servi: *Ἑρμῆς ἀκροφύλαξ* [1]) (C. I. A. III. 1294) *καὶ Ἑρμᾶν* (C. I. G. II, add. 2114 l.: in Chersonneso Taurica).

Quem servum esse inde patet, quod hoc titulo manumittitur.

19 × *Ἑρμῆς* in titulis Itaticis reperitur, [2]) velut:

Λ. Μάλιος Ἑρμῆς ῥέκτας [3]) (I. G. K. 431. Tauromenii).

Ceteri, qui commemorantur, excepto cive illo Atheniensi, liberti vel servi fuisse videntur, ut: *Σεπτίμιος Ἑρμῆς θρέψας* (I. G. K. 1477: Romae).

Παπείριος Ἑρμῆς Παπειρίᾳ Πανδείᾳ συμβίῳ (I. G. K. 1477: Romae).

Ἰουστείνῃ συμβίῳ ἀειμνήστῳ Ἑρμῆς μνήνης χάριν (I. G. K. 1927: Romae).

Romanum antem morem in his titulis cognoscendum esse vel inde patet, quod sigillum aeneum repertum in agro Reatino: I. G. K. 2412, 2: ubi est *MΑΡΚΙΑΝΝΙ ΕΡΜΗΤΙC* Latinam praebet nominis formam, Latinam declinationem, Graecas litteras. Homo igitur Graecus Romanum accepit nomen, Latine assuevit flectere, solis litteris Graecum se esse profitetur.

Atque haec quidem de Hermete, nunc de ceteris nominibus videamus.

Ἀθηνᾶ

Ter invenitur (Keil, l. c. p. 22).

1) *Ἰ(ουλία) Ἀθηνᾶ Συντρόφου* C. I. G. II, 1950: Graeciae incerto loco. In aliis titulis forma *Ἀθηναΐα* extat, quae cum alibi tum in titulis Atticis pro dea ponitur. [4])

2) Altera est sacerdos Thebana: *Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος*

---

[1]). Distinguendum esse inter *ἀκροφύλακας* et *πυλωρούς* monet titulus C. I. A. III, 3906, ubi est:

ΚΡΟΦΥΛΑ . . . . ΚΑΙ ΤΩΝΠΥ . . . τῶνἀ]κροφυλά [κων . . . .] καὶ τῶν πυ[λωρῶν . . .]

[2]) Qui in his titulis commemorantur, Graeci fuisse videntur, qui Latinum morem ita imitarentur, ut Graeca nomina retinerent.

[3]) De *ῥέκτας* dubitant viri docti: Cognomen esse Franz putavit, apparitorem rerum sacrarum censet Kaibel.

[4]) Keili sententia (l. c. p. 22,) qui statuit *Ἀθηναΐαν* eandem esse ac *Ἀττικήν*, titulis Atticis refellitur.

Φλαουί[αν] *Ἀθηναί[αν]* (C. I. G. I, 1634) quod Boeckhius recte conjecit, cum in lapide sit: *ΦΛΑΟΥΙΩΙ ΑΘΗΝΑΙΩΙ* sed iis, quae sequuntur: *Φλαυΐου Ποντίλου θυγατέρα* [ὑ]π[ο]-ζακορεύσασα[ν] plane demonstratur non virum sed feminam, non dativum sed accusativum intelligendum esse.

3) *Ἀθηναία γυνὴ Ὑψιγόνου* C. I. G. II, 2110: Panticapaei.

Ἀπόλλων, Ἄρης, Ποσειδῶν semel occurrunt:

Apollo erat prytanis Atheniensis: *οἱ πρυτάνεις τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς ἀνέγραψαν . . . . Ἀπόλλων Φίλων[ος]*. In lapide exstat: *ΑΠΟΛΛΩΝ ΦΙΛΩΝ* ex quibus recte Boeckhius et Dittenberger. restituerunt: *Φίλων[ος]*. [1]) (C. I. A. III, 1062).

Ares item erat prytanis Atheniensis:

Κλ. Ἄρης. πρυτανὶς τῆς Πανδιονίδος φυλῆς (C. I. A. III, 1024) quod Boeckhius conjecit ex lapidis lectione: *ΚΛΑΡΗΣ*.

Poseidon erat ephebus urbis ad Haliacmonem sitae:

ἔφηβοι οἱ ὑπογεγραμμένοι . . . . Ἰουλιανὸς Ποσειδῶν. (C. I. G. II add. 1957 g.)

Ἄρτεμις.

De Dianae nomine gravior oritur quaestio. Has enim tituli offerunt formas *Ἀρτεμεις* et *Ἀρτεμις*. Quarum prior semper hominem, altera et deam et hominem significat. Iam vero utrum in forma *Ἀρτεμις* tertia syllaba longa sit an brevis quaeritur. Quam brevem esse in deae nomine scimus, in hominis ambigitur.

Singula proponam. Atque ut ab *Ἀρτεμεις* forma incipiamus, novies exstat nominativus [2]):

1) C I. G. II, 2568: in Creta *Λαρκία Ἀρτεμεις*. Boeckhius quidem in lapide se invenisse dicit *ΑΡΤΕΜΙΕΙΣ*, unde *Ἀρτεμι[σ]ί[α]* legendum esse conjecit, addit autem: »Possis« et *Ἄρτεμις*, quod »nomen mulieris videtur no 2569.« (cf. infra p. 8) contra Doublet (Bulletin de corr. Hell. 1889 p. 75) tradit *ΑΓ ΜΕΙΣ* et addit: »il faut lire *Λαρκία Ἄρτεμεις* — le »secor est une alteration de *Ἄρτεμις*. ainsi que Boeckh l »ava

2) C. I. G. II 2806: Aphrodisiade Cariae: *Ἀρτ*

---

[1]) cf. Keil, l. c. p. 22, 23.

[2]) In adscribendo accentu sequar edit

Le Bas, hunc titulum iterum edidit (Le Bas, voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure II 5, 16, 16), ita ut *'Αρ»τεμεῖς* scriberet adderetque: »*'Αρτεμεῖς* paraît être un nom dé»rivé de *Ἄρτεμις*, comme *Βάκχιος* de *Βάκχος*; c' est peutêtre »aussi une orthographie vicieuse pour *Ἄρτεμις*.«

3) C. I. G. III 4366 k: Termessi-*Αὐρ. 'Αρτεμεις 'Αγαθόποδος.*

4) C. I. G. 3461 l: ibidem-*Αὐρ. 'Αρτεμεις Θ (υγατὴρ) Δουλίχου.*

6) Collitz, Sammlung d. griech. Dialektinschriften I, 1095: Tanagrae: *'Αρτέμεις* in lapide sepulcrali.

7) Ibidem III, 3537: Cnidi.: *'Ανιεροῖ 'Αρτεμεις Δάματρι*: addit Bechtel: »*'Αρτεμεὶς* ist wohl *'Αρτεμίς*, *'Αρτεμίς* vielleicht »aus *'Αρτεμιίς* kontrahiert.«

8) Le Bas l. c. V, 459. *ΑΡΤΕΜΕΙΣ* legitur in titulo Mylasae reperto, ex quo Waddington fecit *'Αρτεμεις* [*ία*], sed nihil impedit, quominus *'Αρτεμεις* retineamus.

9) Sterret, an epigraphical journey in Asia minor no. 27. *Αρτεμεῖς Λαδίκης*-legit editor, cum exstet:

ΑΡΤΕΜΕΙΣ ΛΑΔΙΚΗΣ. Is igitur unus ultimam circumflectit.

'Αρτεμις forma invenitur:

1) *Ἄρτεμις ἡ Σαλουσίου θυγατήρ.* (C. I. G. II, 2569: in Creta).

2) *Ἄρτεμις* [*Φρυγ*] *ία* (?) (C. I. A. II, 3403).

3) *Ἄρτεμις* (C. I. A. II, 3516).

4) *Ἄρτεμις Διοδώρου* (C. I. A. II, 3516).

5) *Ἄρτεμις Κάδους* (C. I. A. II, 3518).

6) *Ἄρτεμις 'Απολλωνίου 'Ηρακλεῶτις* (C. I. A. III, 2453).

7) *Ἄρτεμις ταλασιουργός* (*Δελτίον ἀρχαιολ.* 1890 p. 60).

Hunc titulum Lolling positum censet (l. c.) exeunte saeculo quarto a. C. n.

Dativus autem semel *'Αρτεμει*, semel *'Αρτεμι* legitur.

1) *τῇ (ι) ἀδελφῇ (ι) 'Αρτέμει* (Museo Italiano 1890 p. 654: in Creta).

2) *Τροκόνδας Σόλωνος ἑαυτῷ καὶ 'Αρτέμι Θόαντος τῇ (γ)υναικί.* (C. I. G. III, 4366 u: apud Adaliam).

Accusativum praebent tituli et scriptores et Ἀρτεμειν et Ἀρτεμιν.

1) Ἀρτέμειν Θόαντος κανηφόρον θεᾶς Ἀρτέμιδος (C. I. G. III 4312: Termessi). Fortasse mulier a dea nomen accepit. Ceterum eandem esse ac no: 4366 a non verisimile est, quod sacerdos Dianae nominatur.

2) τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Ἀρτέμειν τὴν χρυσώτριαν (Bulletin de corr. Hell. 1889. p. 79. Athenis).

3) Ἄρτεμιν ἀφίημι ἐλευθέραν, (Diog. Laest. III, 42) quae serva est Platonis testamento manumissa.

Habes exempla. Quid de his censeam breviter exponam. Primum causam non video, cur in tanto numero formarum Ἀρτεμεις compendium esse statuamus nominis Ἀρτεμεισία. Deinde distinguendum est inter Ἀρτεμεις et Ἀρτεμις. Ἀρτεμεις autem non potest idem esse atque Ἄρτεμις, cum ι in ει mutari neque at[1]). Itaque aut idem est atque Ἀρτεμῖς (id quod censuerunt Bechtel und Blass[2]), quia ι cum ει saepe mutari aevo recentiore constat[3]), aut idem atque Ἀρτεμεῖς, quod scripsit Le Bas, utrumque derivatum. Ἀρτεμις porro item derivatum videtur de Ἄρτεμις. Accentum recte videtur adhibuisse circumflexum Sterretius.

Removeamus igitur Ἀρτεμεις ex numero nominum divinorum. Ἀρτεμις autem secundum tempora utrum Ἄρτεμις an Ἀρτεμῖς scribenda sit iudicabimus. Certe et Lolling fallitur scribens Ἄρτεμις ταλασιουργός (cf. supra p. 8) in titulo exeuntis saeculi quarti a. C. et Diogenes Laertii editores scribentes l. III, 40 Ἄρτεμιν in testamento Platonis. Nam illis jam temporibus deorum nomina non mutata hominibus justi nominis loco imposita esse, veri videtur valde dissimile. Videbimus enim hujus usus exempla non nisi tribus fere saeculis post inveniri. Contra nihil obstat quominus haec deae nomina putemus:

---

[1]) Exempla ι in ει mutati, quae afferuntur apud Kühnerum, Griechische Grammatik III, ed. p. 140 huc non pertinent.

[2]) In Kühneri grammatica tertium ed. a Blassio p. 494 c.

[3]) cf. Kühner l. c. p. 131.

C. I. A. II, 3403. 3516, 3517. 3518. III, 2453.

Ἀφροδίτη

3 × lequitur, idque non nisi in regionibus Latinis:

1) *Τυλλία Ἀφροδείτη μήτηρ Ἀμμίᾳ θυγατρί* (I. G. R. 765 Neapoli).

2) *Τύμβον μὴ παρίδῃς παροδεῖτα τῆς Ἀφροδίτης* (ibidem 1495: Romae).

3) *Καλλίτεκνον σεμνὴν ὅδε τύμβος ἔχει σε Ἀφροδείτη* (ibidem 2242: in Piceno). Harum prima liberta fuisse videtur, ceterae servae.

Παλλάς bis invenitur:

1) *Παλλὰς Κρίτωνος ἀνατίθησι τὴν ἰδιάν θεράπαιναν Καλλὼ ἱερὰν τῇ Ἀρτέμιδι* (C I. G. I. 1609: Chaeroneae).

2) *Παλλὰς μήτηρ* (I. G. K. 1565: Romae). Haec serva fuisse videtur, illa ingenua.

Φοῖβος

denique 26 × invenitur, in quibus 15 sunt ingenui:

1 *πατρόνομος*[1]) qui vocatur, Lacedaemonius:

οἱ συνάρχοντες — Μαρ. Αὐρ. Φοῖβος (C. I. G. I. 1341: Spartae).

1 prytanis Atheniensis: *Φοῖβος Κτησίου* (C. I. A. III, 1032).

2 prytanum patres: *Ζώσιμος Φοί[βου] πρύτανις, Ἀγάθων Φοίβου πρύτανις.* (C. I. A III, 1054 et 1031.)

8 ephebi Attici, velut: *φίλοι, γο[ργοὶ]* - *Φοῖβος* (C. I. A. III, 1078).

Φοῖβος Σωκράτου[ς] ἔφηβος φυλῆς Ἀδριανίδος. (C. I. A. III, 1078).

Φοῖβος Δορυφ[όρου] -- Ἀλκαμένους κοσμητεύοντος ἔφηβος. (C. I. A. III, 1137).

In quinque titulis Italicis sunt: unus sacerdos:

Αὐρηλίῳ Φοίβῳ — ἱερωφώνοις καὶ χαμεινευταῖς. (C. I. G. III, 6000: in Latio,)

unus libertus: *Φοῖβος Π. Αἰλίου Ἀδράστου ἀπε[λεύθερος].* (I. G. K. 2102: Romae).

Breviter comprehendam, quae adhuc disputata sunt. Ex 146 talium nominum exemplis 56 certae condicionis hominibus tribui possunt. Et quoniam ex his 56 49 ad ingenuos pertinent,

---

[1]) *πατρόνομοι* a Cleomene III (236—222) instituti sunt in locum senatus (cf. Paus. II, 9, 1). Ex quo tempore reipublicae praefuerunt, initio soli, deinde cum ephoris, quos Cleomenes prius amotos, deinde restituit.

septem servis et libertis indita sunt, efficitur Graecos omnis generis hominibus deorum nomina imposuisse.

Nunc quibus in terris in usu fuerint haec nomina videndum est.

In Attica igitur reperiuntur: Ἑρμῆς 23 ×, Ἑρμᾶς 6 × Φοῖβος 25 ×, Ἄρης 1 ×, Ἀπόλλων 1 ×, Ἄρτεμις 5 ×.

In Boeotia: 1 × Ἀθηναία, 1 × Παλλάς.

In Laconica: 2 × Φοῖβος.

In cetera Peloponneso: 2 × Ἑρμῆς. Thessalonicae: 3 × Ἑρμῆς. In Macedonia: 1 × Ποσειδῶν. In mari Aegaeo: 1 × Ἑρμῆς, 1 × Ἑρμᾶς.

In Chersonneso Tanrica: 1 × Ἑρμῆς, 1 × Ἑρμᾶς, 1 × Ἀθηναία.

In Asia, Cyzici: 2 × Ἑρμῆς. Smyrnae: 1 × Ἑρμῆς, 1 × Ἑρμᾶς. Mileti: 2 × Ἑρμῆς. Halicarnassi: 1 × Ἑρμῆς, 1 × Φοῖβος, in Ponto: 1 × Ἑρμᾶς. in Galatia: 2 × Ἑρμῆς, in Phrygia: 11 × Ἑρμῆς, 2 × Ἑρμᾶς, 1 × Φοῖβος, in Caria: 3 × Ἑρμῆς, 2 × Ἑρμᾶς, in Pisidia: 1 × Ἑρμῆς, 1 × Ἑρμᾶς, in Lycia: 2 × Ἑρμῆς, 3 × Ἑρμᾶς, in Commagene: 1 × Ἑρμῆς.

In Africa: 3 × Ἑρμᾶς.

In Italia: 10 × Ἑρμῆς, 1 × Ἑρμᾶς, 6 × Φοῖβος, 1 × Παλλάς, 3 × Ἀφροδείτη, in Sicilia: 1 × Ἑρμῆς, 1 × Ἑρμᾶς, 1 × Φοῖβος, Melitae: 1 × Ἑρμῆς.

Videmus igitur extra Graeciam hunc morem maxime servatum esse in Asia minore, ubi 38 invenimus deorum nomina.

Iam quo tempore haec nomina usurpata sint, ita demonstrabo, ut ea, quae ad certum tempus deferri possunt, tabulis congeram.

Inveniuntur igitur:

Saeculo primo p. C.

Ἑρμῆς καὶ Ἀγαθοῦς [υἱοὶ] Χρηστίωνος Ἑρμοῦ. Χρηστίων Ἑρμοῦ, Πάππος Ἑρμ[ᾶ] [1]) (c. 1 g. 2130) — Tiberio imperatore.

Ἑρμᾶς ἔφηβος Ἑρμᾶς ἔφηβος (c. I. A. III, 1079 et 1080 — a. 45 p. C.

[1]) cf. supra p. 5.

Φοῖβος ἔφηβος (C. I. A. III, 1078) — Claudio imp.
Ἰουλιανὸς Ποσειδῶν (C. I. g. add. 1958) — a. 65.
Ἑρμᾶς (C. I. G. 2114 b) — a. 80.
Ἑρμῆς ἔφηβος (C. I. A. III, 1091) — Domitiano imp.
Π. Στάτιος Ἑρμᾶς (Sterret l. c. n. 25) — Nerva imp. — i. s.: 11 nomina.

Saeculo altero p. C.

Ἑρμᾶς Ζωσίμου, Ἑρμῆς Συμφέροντος, Ερμᾶς (C. I. A. III, 1096) — ca. a. 112.
Ἑρμᾶς Χαριξένου (C. I. A. III, 1095) — a. 120.
Σεβῆρος Φοίβου (C. I. g. 1265) — Hadriano imp.
Φοῖβος Πειραιεύς (C. I. A. III, 1110) — a. 130.
Κλ. Ἄρης (C. I. A. III, 1024) — a. 140.
Φοῖβος Ἀλεξάνδρου (C. I. A. III, 1113 a) — a 143—45.
Φοῖβος καὶ Ἀφροδείσιος Φοίβου (C. I. A. III, 1114) — a. 146.
Μ. Ἰούλιος Ἑρμῆς (C. I. g. 1970) — a. 156.
Ἑρμῆς Τειμοθέου, Ἑρμῆς Φιλέρωτος (C. I. A. III, 1133 — ca. a. 170.
Ἀγάθων Φοίβου (C. I. A. III, 1031).
Φοῖβος Κτησίου (C. I. A. III, 1032) — a. 170.
Φοῖβος Σωκράτους (C. I. A. III, 1137) — a. 174.
Ἑρμῆς Φιλοκλέ[ους], Ἑρμῆς Εἰσίωνος (C. I. A. III, 1142—a. 180.
Ἑρμῆς Σωσίμου, Ἑρμῆς (C. I. A. III, 1153 et 1155) — a. 190.
Ἑρμοῦ τοῦ Διονυσίου (C. I. g. 2878) a. 195.
Ζώσιμος (τ)έκνοις Ἑρμῇ καὶ Δόμνῃ (C. I. g. 3857 a) — a. 195.
Ἑρμᾷ μνήμης χάριν Ἑ]ρμᾶς (C. I. g. add. 3827) — a. 193.
i. s.: 24 nomina.

Saeculo tertio p. C.

Ἑρμῆς Ὑγείνου, Ἑρμᾶς, Ἑρμῆς Ἀπολλωνίου (C. I. A. III, 1163) — ca. a. 200.
Φοῖβος Δορυφ[όρου] (C. I. A, III, 1165) — a. 200.
Ἑρμᾶς (C. I. A. 5109 a. 13) — Septimio Severo imper.
Ζώσιμος Φοί(βου) (C. I. A. III, 1054) — a. 200.
Ἀπόλλων Φίλων[ος] (C. I. A. III, 1062) — a. 210.
Μέμμ(ιος) Ἑρμῆς (C. I. A. III, 1192) — a. 230—35.

Ἑρμῆς (C. I. A. III, 1193) — a. 230—35.
Ἀθήναιος Φοί[βου] (C. I. A. III, 202) — ca. a. 250.
Πρωτᾶς καὶ Ἑρμῆς C. I. G. 1919 — Valeriano imp. (hoc Boeckhius censuit) — i. s. 11 nomina.

Ex tabulis igitur concludere posse mihi videor Graecos primum deorum nomina hominibus imposuisse Tiberii temporibus, maxime favisse huic mori altero saeculo p. C., decessisse de eo exeunte fere tertio saeculo.

Deinceps, ut erat propositum, de Romanis nominibus dicatur. A Romanis igitur haec deorum nomina pro cognominibus usurpata sunt: Aphrodite, Apollo, Artemis, Athena, Hermes, Pallas, Phoebus, Poseidon, quae omnia apud Graecos item inveniebamus. Contra »Ares«, qui semel exstabat in titulis Graecis, in Latinis non reperitur. Saepissime, ut apud Graecos ita apud Romanos, Mercurii nomen, 840 ×, usurpatum est idque tribus formis: Hermes, Herma, Hermas, quorum prima longe plurimum exstat.

Exempla hujus nominis, quoniam permulta sunt, infra afferam, ubi quaeretur, cujus generis hominibus haec nomina data sint.

Aphrodite

57 × occurrit, velut: Herennia Aphrodite soror (C. I. L. II, 4382 Tarracone). Cassia Afrodote, (C. I. L. III, 2194: Salonis Dalmatiae). D. M. Baburiae Afroditeni T. Liburnius, (C. I. L. V, 1697: Albanis) Mummia Afrodite, (c. VI, 3446) [2]) Iulia Afrodite patrono, (VI, 20270) Celeriae Aphroditeni Fucentius conjugi, (IX, 3714: in finibus Marsorum). M. Aurelius Secundus fecit sibi et Juliae Aphrodite, (XIV, 367: Ostiae).

Apollo

5 × invenitur:

---

[1]) In tanta exemplorum copia non omnia afferam, sed ea, quae maxime sunt memoratu digna, eligam. Cetera, qui cognoscere vult, ad indices voluminum C. I. L. relego. Ubi index nondum compositus est, ejus voluminis exempla ego omnia congeram in appendice.

[2]) Tituli vol. VI. omnes sunt Romae reperti.

1) C. Vergilius Apollo [1]), V, 6785: Ivreae.

2) Apollo fecit filiae VI, 12142.

3) »D. M. Apollonis [2]) vixit annum et menses III et dies »VI filiae Turannidis et Minippie dulcissimae fecerunt«, VI, 12145.

Ceterum in certa est tituli lectio. Henzen enim cum addat: »errore quadratarii videtur Menippie — MENIPPIE — pro Me»nippi. l. — MENIPPI l. scriptum«, filiae Turannidis et Menippi t. (libertae) votum solvisse videntur.

4) P. Scantius Felix P. Scanti Apollinis filius, VI, 19313.

5) Iulius Apollo gemellae fil; VI, 19842.

Artemis

11 × invenitur velut:

Caecilia Artemis, II, 3784: ad Valenciam.

Ti Claudio Hermae Artemis conjugi, VI, 15105.

Ulpia Artemis permissu patroni, VI, 19847.

Geminus et Artemis memoriae Salluriae Naevillae X, 6805. Stertiniae Artemidis Ser. Cornelius Eutychus XIV, 3382: Praeneste.

Athena

semel occurrit, forma: Atena. Aegia Atena ex . . . votum fecit. III, 642 Philippis Macedoniae.

Pallas 19 × exstat, velut: Claudia Pallas, VI, 3719. D. M. Asiniae Palladis VI, 12550.

D. Iunio Primigenio — Iunia Pallas fecit conjugi, VI, 20926.

Sallustiae Palladi filiae optumae, X, 4325.

Luciliae M. L. Palladi, C. I. R. 271, ad Rhenum contra Dusseldorpium.

Phoebus.

175 × occurrit, cujus exempla infra proferam.

Poseidon

semel exstat, IV, 385: Pompeis. CVSPIW III AED. POSIDO. FAC.

Posido idem esse ac Poseidon apparet. Posido autem non compendium esse Posidonis vel alius vocabuli inde patet, quod

---

[1]) Nihil est quod »Apollo« putemus compendium esse pro Apollonio. Nam primum Apollinis nomen cognominis loco usurpatum esse genitivi formis probatur, deinde »Apollon«, non »Appollo« per compendium scribi solet pro Apollonio.

[2]) De o pro i servato in flexura cf. Neue l. c. p. 165.

ceteris ejusmodi titulis semper perscriptum est nomen. Sensus tituli hic est: Posido optat, ut Cuspius aedilis fiat. Idem optatur aliis incriptionibus velut:

IV, 457: FVSCVM ÆD IPHIGENIA FACIT.

IV, 425: CLADIVM IIVIR ANIMVLA FACIT.

Plerumque his verbis optatur: IV, 430: Sabinum aed o. v. f. Sabinum aedilem oro vos faciatis. Atque haec quidem hactenus.

Nec vero modo Graeca Romani sed etiam Latina deorum nomina liberis imposuerunt. Itaque Dianae, Iunonis, Mercurii, Veneris, Vestae nomina hoc sensu usurpata videmus. Cereris, Martis, Neptuni nomina, num eodem sensu accipi possint, dubito.

Nam Neptuni nomen quater accurrit in inscriptionibus Pompejanis, ne verbo quidem adjecto. IV, 1765, 2319 g et h, 2407. In his autem inscriptionibus, in quibus solum dei nomen apparet, dubitaveris, utrum deum an hominem intelligas. Quam ob rem nolui nomina quae in his titulis leguntur pro cognominibus venditare, nisi aliunde constaret ea hominum esse. Zangemeister, (in ind. vol. IV. s. v.) quoque, qui edidit volumen IV, dubitavit, utrum deus an homo esset Neptumus.

Mars bis invenitur: IV, 544: Martis Hermes. IV, 1044: MARS.

Neutro loco quidquam certi statui potest. Praeterea Martis et Neptuni nomina pro cognominibus posita videmus in duobus titulis apud Gruterum servatis.

1) p. 1097, 1. Ameriae (cf. Keit. p. 24) MARS. T. F. CLV. PROCVLVS IIII. VIR. S. IVVENIO FILIO LACONIAE. L. L.

2) p. 886, 11 in Carnia (?) C. RESIO DEXTRO. O REDSOMARVS NEPTVNI. ET. LIIVGLI P. V. F.

De quorum titulorum auctoritate alias non traditorum, cum mihi parum constaret, nolui eos ad nostram quaestionem adhibere.

Cereris

nomen titulo Atestano, C. I. L. V. 2746, sic traditum est:

cippus quadratus

in dextra parte:	in antica:	in sinistra parte:
mulier.	*vir togatus.*	CERES.

Non minus quam editor (Mommsen [1]) equidem dubito, utrum mulier an dea intelligenda sit.

De his igitur tribus nominibus nihil certi contendo. Ex ceteris rursus:

Mercurius

saepissime occurrit, 120 ×, cujus infra afferam exempla.

Diana

2 × exstat.

1) IV, 2390, ubi est: DIIANA VA.

Schöne legit: Deana va (le.) Recte sino dubio, nam mulierem non deam esse hanc Deanam patet. Adnoto Deanam non Dianam etiam in aliis titulis legi, ubi de dea agi constat, velut.

V, 5763: Mediolani - Deanae Qui aedem. . . .

V, 2086: prope Marosticam Ventiae - Grania Bacchis Deanae do de. . . .

2) XI, 3853: ad Sax Rubra Etruriae.

IA DIANE	(Valer)ia Diane.
RIA APILLA	(et Vale)ria Apilla.
RIO FIRMO	(Vale)rio Firmo.

Sic Bormann explevit, nec injuria, ut mihi videtur.

Diane autem idem est ac Diana. Nam saepius Latinorum primae declinationis nominum Graeco more in ē desinit nominativus casus, velut: Iuliane: C. I. L. V, 494 Marciane: C. I. L. V, 4000. Alia exempla vide apud Neue l. c. I² p. 47.

Juno

semel invenitur: C. I. L. VI, 241153: Phoebadi et Iunoni ejus animae dulcissime. Nam ejus scribendum est cumHenzenio pro Heius, quod in lapide est.

Venus 6 × occurrit:

1) Veneri Latinillae Spedius Maternianus maritus (II, 4415: Tarracone.)

2) Casellium aed. Venus, *supplendum est:* o. v. f. (IV, 546.)

3) Scribet Venus, (IV, 1536.)

4) Arabia Firma, Venus Afra, (VI, 12281.)

---

[1]) Cf. indicem cognominum s. v.

5) Venus K. . (viri nomen)[1]) dedit. VIII, 10835: Zablarae in Numidia proconsulari.

6) Vedia Voluptas fecit sibi et Vediae Veneri et P. Ostiensi Epaphrodito parentib(us). X, 6189: Formiis.

Vesta

semel invenitur, IX, 2748: Aeserniae. Suejae Q. L. Vestae.

Haec sunt deorum nomina a Romanis pro cognominibus usurpata. Nunc quibus hominibus haec nomina indita sint, demonstrabo. Sed, priusquam ad singula accedamus, universe notandum est Graeca nomina a Romanis plerumque libertis data esse, de qua re haec dicit Mommsen, Römische Forschungen I, p. 60[2]): »Sicher gehört dieser Zeit (a. 80. a. C.) zugleich die Feststellung »der bekannten Regel an, dass die Cognomina griechischen und »überhaupt unrömischen Ursprungs, den Freigelassenen und ur»sprünglich auch wohl deren Söhnen, diejenigen römischen Ur»sprungs den Freigeborenen vorbehalten sind.«

Cui legi utrum deorum quoque nomina et Graeca et Latina obnoxia sint, nunc videamus.

Unus omnium divinis nominibus praeditorum fuit eques Romanus: L. Tettius Hermes eq. (es) r(omanus) kandidatus et patronus hujus loci, VI. 406.

Ingenui autem solent esse ex militibus: principales, praetoriani, milites cohortium urbanarum, legionarii, deinde ei tribules, apud quos patris nomen additum est; (Neque enim omnes tribules ingenui erant, sed in tribubus urbanis plerique liberti erant, in rusticis non nisi ingenui. Cf. Mommsen, R. G. III, p. 447). (Cf. Hübner, Röm. Epigraphik p. 518.) Nihil igitur obstat quominus ingenuorum nomina fuisse haec censeamus: 3 principales.

1) 1 beneficiarius praefecti VI, 220: P. Tuticanio Hermeti B. PR.

2) 1 cornicularius tribuni XIV, 160: Ostiae. C. Vettius Mercurius cornicularius. Basilii Crescentis tribuni. VI, 2931:

3) D. M. M. Antoni M. f. Fab. Phoebi mil. coh. XIV urb. 7 Perennis stipendiorum IIII secutor tribuni.

---

[1]) Editor hoc addit.

[2]) Ed. Berlin, 1864.

2 praetoriani:

1) L. Mindius Phoebus praetorianus, VI, 2179 a. 12.

2) M. Valerio Hermeti mil. coh. III praet., VI, 2331.

2 tribules tribus rusticae Quirinae.

1) P. Ambivius P. fil. Qui. Hermes aram posuit P. Ambivio P. libert. Hermeti patri, VI, 11530.

2) Ti. Claudius Artemidori f. Qui. Phoebus Tiberiopolitanus. XII, 5718: rep. in Tarantasia.

2 tribules tribus urbanae Palatinae.

1) A. Orcivi A. Pal. Hermetis, VI, 23566.

2) L. Plutius L. F. Pal. Phoebus, X, 1633: Puteolis

Porro multos inveni, qui, cum trium sint nominum nec liberti appellentur, utrum ingenui an liberti sint, non potest cognosci. Profero exempli causa: T. Mercasium Hermetem III 3625: in Dalmatia. Q. Murtium Hermetem V, 2258: in Gallia Cisalpina. L. Messium Hermam IX, 143: Brundisii. M. Rajum Phoebum IX, 2741: Aeserniae.

Longe plurimi autem omnium, qui deorum nomina ferunt, sunt ex ordine libertorum, in quibus praecipuum locum tenent imperatorum et familiae Augustae liberti. Et quoniam liberti idem habebant praenomen et nomen ac dominus, ubi haec addita sunt, hinc cognosci potest, cujus fuerint imperatoris liberti. Id quod magni est momenti ad tempus nominis definiendum.

Unus igitur Augusti vel Liviae libertus invenitur: C. Julius Aug. L. Phoebus Rufioninus, VI, 20201. Unus Octaviae Neronis lib. Phoebus Octaviae exactor VI, 8647 a. Henzen enim recte Octaviam Neronis intelligendum censet, cum in inscriptionibus una repertis C. Caesar Augustus et Ti. Claudius Caesar Augustus commemorentur. Liviae liberta; Artemis divae Juliae Aug. liberta, VI, 18038. Agrippae Postumi liberta: Artemis Pupilli Agrippae l. VI, 18348. (Agrippam Postumum intelligendum esse Mommsen inde conclusit, quod idem dicitur: pupus Agrippa M. f. II, 1528; pupus Agrippa X, 924.

Claudii liberti ii putandi sunt, in quorum nominibus invenitur praenomen Tiberii, nomen Claudii, apposita denique sunt verba »Augusti lib.« Neque enim Caligulae aut Neronis, qui item Claudii erant, liberti esse possunt, cum neutri eorum sit praenomen Tiberius. Tiberii vero imperatoris liberti Ti Julii vocantur, (cf. vol

VI. p. 878) velut: Ti Julius Fides VI, 4452: in monumento Marcellae: Ti Julius Jaso, VI, 4582, ibidem.

Soli ei liberti, quos, antequam ab Augusto adoptatus est, manumisit, Ti Claudii dicuntur, velut: VI, 4964 Ti. Julius Aperos f. et Ti. Claudius Aperos pat. Adnotat Hülsen: »Liberti ejus (Tiberii)« »sunt Ti. Julius Aperos f. et. Ti. Claudius Aperos pat., »quorum scilicet hic missus, antequam patronus nomen mutavit.«

Sex igitur Claudii liberti inveniuntur: Ti. Claudius Aug. l. Phoebus VI. 6189. 15207. Ti. Claudius Hermes Aug. lib. VI, 18110. Ti. Claud. Aug. l. Herma VI, 20389. Ti. Claud(ius) Aug. l. Herma quaestor, X, 1732, Puteolis. Ti. Claudius Aug. l. Phoebus Antonianus, XIV, 2835: in agro Praenestino. Accedunt duo Ti. Claudii Phoebi, qui in monumentis familiae Augustae sepulti sunt, VI, 4375 et 6188.

Poppaeae Neronis uxoris l. exstat X, 1906: Puteolis C. Poppaeus Aug. l. Hermes. Flaviorum liberti, cum tres hujus gentis imperatores idem ferant praenomen Titi, nisi tempus tituli definitum est, certo imperatori attribui non possunt; inveni quattuor.

1) T. Flavium Aug. lib. Phoebum Othonianum, XIV, 2060: Porciglianis. Qui, cum titulus positus sit an. 68, Vespasiani fuit libertus.

2) T. Ti. Aug. lib. Hermes, VI, 18094.

3) T. Flavius Hermes Aug. l. VI, 18095.

4) T. Flavius Phoebus Aug. lib. ab auro VI, 8736.

duo Trajani liberti:

1) M. Ulpius Aug. lib. Hermes, VI, 10992.

2) M. Ulpius Aug. lib. Herma a cura amicorum, VI, 8799.

Porro Aeliorum liberti, cum P. ferunt praenomen, Hadriani sunt, cum T., Antonini. Sunt igitur: Unus Hadriani l.:
P. Aelius Aug. lib. Phoebus, VI, 10654. tres Antonini l.

1) T. Aelius Aug. lib. Phoeb(us) VI, 10949.

2) T. Aelius Aug. lib. Hermes, VI, 10995.

3) T. Aelius Aug. lib. Hermes ab instrumento auxiliaris, VI, 8854: duo M. Aureli liberti:

1) M. Aurel. Aug. lib. Hermes. III, 2077: in Dalmatia.

2) M. Aurelius Aug. l. Hermes ab admissione VI, 8698.

Praeterea undecim Augustorum liberti, cujus fuerint imperatoris, non perspicitur, velut. Hermes Aug. lib., III, 431: Ephesi. —

Herma Aug. lib. a cubiculo, VI, 8570. — T. F. Aug. lib. Phoebus, VI, 18166. — Callistus Phoebi Caesaris Augusti arcari. vicar., V, 1801: in Gallia Cisalpina. — Jam privatorum libertos et libertas ducentos fere inveni, ex quibus exempli causa nomino: Caeciliam Q. L. Artemin, II, 3969: apud Saguntum. — Mariam L. L. Pal(lada), V, 997. Aquilejae — Salariam Ɔ mulieris lib. Aphroditen, V, 7107: in Taurinis. — C. Ducenium C. lib. Phoebum, VI, 700. — P. Afranium P. lib. Hermetem, VI, 11212. — Mercurium libertum M. Clarci Pudentis, VIII, 5230: Hippone Regio. L. Venulejum L. l. Phoebum, X, 1403 a: Herculaneo. - A. Caesennium Galli l. Hermam, XIV, 730 add., Ostiae. -- Nonnullos autem libertos esse inde apparet, quod patronis aut collibertis votum solvunt, velut: T. Julius Hermes patrono, VI, 19862. — Julia Aphrodite patrono, VI, 20270. — C. Julius Mercurius patrono, VI, 19999. — C. Munatius Hermes colliberto VI, 22653. —

Nunc de servis dicam, ae primum quidem de Augustorum servis, quorum viginti fere deorum nomina ferunt, velut: [Pho]ebus Caes (aris) n (ostri) se (rvus), eph. ep. V: in Thracia. — Herma Ti Claudi Caesaris servus VI, 138. — Hermes ser. malleator monetae Caes. n(ostri), VI, 44. Hermes Caesaris n. ser., VI, 19377. — Hermes Caes. n. verna. Phoebus Caesaris N Agrippinianus VI, 24164. - Mercurius Aureli Caesaris servus invenitur XIV, 4089, 5.: Ostiae, ubi est: Opus (doliare) ex praedis Aureli Caes., ofici(na) Mercuri. Herma Augg. verna disp(ensator) V, 2385: Ferrarae. Hermes Aureliae Vibiae Sabinae [1]) ser. marmorarius, II, 133: in Lusitania. Accedunt servi familiae Augustae, qui in monumentis Marcellae, Neronis Drusi, aliorum sepulti erant. Ex ceteris, etsi plurimos, qui unum nomen ferunt, servos haberi licet, tamen eos solos, qui servi appellantur, huc refero, in quibus sunt: Hermes publicus ser. eph. ep. IV, 883: Romae. Hermes publicus pontificum, VI, 238. Hermes Vibi I, 776: tessera consularis. Hermes Novi Persici, III, 2511: in Dalmatia. Phoebus Fusci Ti. Caesaris, V, 6884: in Alpibus Poeninis. Hermes et Elate servi, V, 7611: in Gallia

[1]) Vibia Aurelia Sabina divi Marci filia erat (ed.)

Cisalpina. Phoebus Marciae Maxsimi (cf. Tac. ann. I, 5) VI, 7884. Herma a manu, VI, 7373. — Hermes Lacaenae conservae. X, 2515: Neapoli. Mercurius circitor[1]) (servus) XIV, 3649: Tiburi. In summa sexaginta fere servos deorum nominibus praeditos inveni. Restant satis magnae nominum copiae, quae utrum ingenuorum an libertorum vel libertorum an servorum sint, non accurrate cognosci potest. Nunc autem non tam, quo loco nati sint, sed quibus in vita officiis, muneribus, artibus operam dederint, examinemus.

Initium facio a militibus. Novem igitur milites inveni peregrinae condicionis ab imperatoribus civitate donatos: hi sunt:

duo veterani legionum.

1) M. Nassius Phoebus Salonit (anus,) veteranus leg. II adjutr. civitate donatus a. p. C. 70 X, 1402: Herculaneo.

2) L. Valerius Herma Caralitanus veteranus leg. I, adjutr. civis factus a. 68. X, 7891: in Sardinia. tres milites auxiliares, »qui militaverunt in alis et cohortibus stipendiis – emeritis, di»missi honesta missione.«

1) P. Silius Hermes civis factus a. 86, III, p. 857 in Dacia.

2) C. Vettienius Hermes civis factus a. 129, II, D. XXXIII, in Valachia minore.

3) Ti. Claudius Hermes civis factus a. 134, III, D. XXXIV, quattuor classiarii, quibus omnibus est nomen C. Vettieni Hermetis, cives facti duo a. 129, duo a. 134, III, D. XXXII. V, 4091, III, D. XXXV. X, 7855.

Alius classiarius commemoratur X, 3247: Puteolis C. Bebius Hermes miles classis praet. Misenensis.

Miles XIII pugnarum: G. Heio Phoebo XIII (pugnarum) uxor Mneme Nonia XII, 3328: Nemausi.

Praefectus militaris in Africa videtur fuisse L. Annaeus Hermes flam. et trib.(k)as (telli) eph. ep. V, 126 quem certo tribunum cohortis non fuisse monet Mommsen.

Praeterea inveni unum medicum et 14 milites cohortium vigilum, quos initio libertos, ex Severi temporibus maximam partem cives ingenuos fuisse traditur. (cf. Marquardt, Röm. Staatsverwaltung II, p. 469).

---

[1]) Circitores, appellatos a circumeundo editor recenset inter ministros servilis condicionis tutelae aquae ductuum deputatos.

Medicus erat C. Iulius Hermes coh. V vig. VI, 1057. Ceteri sunt novem Hermetes, quinqe Mercurii, VI, 1056—58. Accensus velatus occurrit VI, 1970: D. Allejus D. L. Phoebus. Etiam magistratus municipiorum et coloniarum deorum nomina ferebant. Inveniuntur igitur: duo quaestores: T. Flavius Hermes quaestor IX, 4976: Curibus. Ti. Claud(ius) Aug. l. Herma quaestor, X, 1732: Puteolis. Unus ornatus ornamentis decurionalibus: L. Anatinius L. lib. Phoebus Aug. col. Ulp(iae) R(atiariae) ornatus ornamentis decurional. III, 6294: in Moesia superiore. unus curator: T. Sabidius Phoebus Herculaneus Aug(ustalis) cur(ator) quaestorius XIV, 3675: Tiburi. 25 seviri Augustales, quorum octo liberti appellantur, ceteri licet ingenui vel liberti sint, velut: C. Fabius C. lib. Hermes /IIII/ vir. Aug. XII, 694: Arelati. Q. Caecilius Q. et). ()). L = ɔ. L = Gaiae libertus i. e. mulieris l.) l. Hermes sevir Aug., IX, 3184: Corfinii. C. Trannius C. l. Phoebus sex vir. Aug., XI, 1750: Volaterris. M. Valerius Phoebus VI vir. Aug. II, 2156: Eporae Baeticae. L. Terentius Hermes /II II/ vir. V, 8248: Aquilejae. C. Betutius Hermes /IIII/ vir. Aug. XII, 2415: Augusti. T. Flavius Mercurius sev. Aug. IX, 3681: in Marsis.

Apparitores magistratuum vel privatorum: duo viatores: L. Marius Phoebus viator VI, 1935. T. Fl. Hermes v. Q. (viator quaestorius). duo lictores: Hermes lictor curialius VI, 1888. C. Trebius Herma lictor VI, 1909. duo scribae: Tucejus Hermes scriba, VI, 1060. L. Volusius Hermes scriba librarius, VI, 1868. unus accensus: M. Vettius Phoebus accensus VI, 1966. unus praeco: Ajatius Phoebus decurialis decuriae Iuliae praeconiae consularis, XI, 3294: Vicarelis. undecim vicomagistri, velut: Ti. Claudius Hermes mag. vic. VI, 453. Q. Claudius Q. l. Phoebus mag. vici, VI, 975. quattuor magistri fontis, qui plerumque liberti erant, velut: L. Statius Hermes mag. font. VI, 158. — C. Fontejus Herma mag. font. N. Fannius Mercurius mag. font. ibidem. decem ministri fontis, qui plerumque servi erant velut: Hermes min. font. VI, 159. Herma minister font. VI, 158. — Phoebus minister fontis, VI, 155. — Mercurius Amianti minister font. VI, 157.

tres paedagogi: Hermes lib. paidag. puerorum a capite Afri-

cae VI, 975. — Phoebus paedagogus VI, 9751. — Hermes nutricius VI, 1504. VIII, 4021: Lambaese..

privatorum administratores: T. Flavius Herm(es) exactor oper(is) basilicae, XII, 3070: Nemausi. — C. Iulius Hermes conductor horreorum Sejanorum VI, 9471. — Hermes Cosmi vilici vicarius, VI, 10251.

pontifices et pontificum ministri: C. Cassius Herma sacerdos V, 2176: in Venetia. — Q. Vibius Herma antistes santi Silvani, VI, 2268. — C. Publicius Hermes aedituus de moneta, VI, 675. — L. Iavolemus Phoebus calator VI, 2184. — C. Clodius Mercurius, C. Iunius Mercurius dendrophori X, 3699: Cumis.

numinis libertus: Septimius Ascl. Hermes libertus numinis Aesculapii, III, 1079 in Dacia. -- collegiorum praesides: Hermes Iulianus decurio coll. VI, 10395. — C. Refrius Mercurius decurio VI, 10295. — Cn. Sergius Mercurius magister Q. Q. (quinquennalis) lustri XXIV, XIV, 128: Ostiae. — C. Ofilius Hermes Q. Q. P. P. (quinquennalis perpetuus) VI, 10234. — Q. Lollius Herma mag. quinquennalis coll. fabr(um) tign(ariorum,) VI, 996. — Opifices et negotiatores: Hermes barbaricarius (Germanice: Goldwirker) ministrator l, VI, 9641. — L. Lepidus L. lib. Hermes negotiator aerarius et ferrarius, VI, 9664. — L. Paccius Hermes lib. monetarius VI, 8457. — T. Vettius T. L. Hermes seplasiarius, V, 7454. T. Olifius Hermes tonsor. XII, 4575: Narbone. — L. Arrius Hermes vascularius XIV, 467: Ostiae. — Ampliatus Herma liber(tus) specl(arius) (Fensterscheibenverfertiger). VI, 9899. — M. Volcius. Pal. Herma eborar(rius) negotiator: XI, 3948: Capenae. — T. Flavius Phoebus librarius, VI, 8435. — Mercurius vinarius, VI, 1766. — Fl. Mercurius biarcus fabricensis (Proviantmeister) V, 8757: Concordiae. — Phoebus unguentarius, IV, 2183.

Quae cum ita sint, videmus a Romanis et Graeca et Latina deorum nomina, si excipias unum equitem, novem ingenuos, libertis et servis imposita esse, Hermetis autem, Phoebi, Mercuri nomina apud apparitores, opifices, mercatores maxime in usu fuisse.

Sequitur, ut ubi inventa sint, haec nomina exponam. Et quoniam supra ad singula nomina terram adscripsi, nunc modo quot reperta sint in singulis regionibus nomina, demonstrabo.

Inveniuntur igitur: in urbe Roma: 631 nomina, in cetera

Italia: 324, in Gallia Cisalpina: 106, in Gallia Narbonensi: 61, in Germania: 4, in Hispania: 29, in Norico: 7, in Pannonia: 4, in Dalmatia: 29, in Moesia: 3, in Dacia 13, in in Macedonia: 4, in Thracia: 1, in Graecis insulis: 2, in Asia (Ephesi): 1, in Africa: 21.

Ex quo consequens est creberrime Romae et in Italia deorum nomina esse usurpata, inde per totum fere imperium divulgata. Etiam in Graecis titulis crebro Romanorum nomina inveniri supra dixi.

Restat, ut quando haec nomina usurpata sint, dicatur. Hic quoniam ea sola nomina afferri posse existimavi, quae certo tempori adscribi possent, primum eorum titulorum rationem habui, qui aut tempore indicato definiti sunt, aut inventi in monumentis familiae Augustae, deinde nominum eorum Augustorum libertorum, qui, cujus imperatoris fuerint liberti, cognosci potest; de qua re supra dixi p. 37. Monumenta autem familiae Augustae et quando instituta et quamdiu usurpata essent, Mommsen ita invenit, ut enumeratis eis, quorum liberti vel servi in monumento sepulti essent, quamdiu illi vixissent, tamdiu in usu fuisse monumentum statueret. (cf. VI, p. 877 seq.) Ceterum praeter monumenta familiae Augustae etiam privatorum monumenta definiri possunt. Itaque, si qua nomina deorum in his monumentis inveniuntur, ei tribuenda sunt tempori, per quod monumenta in usu fuisse videntur.

Sicut in Graecis nominibus ego praemissis eis, quae ante Christum natum fuerunt, cetera per singula saecula disposita tabellis enumerabo.

Ante Christum natum.

Hermes Iulianus, VI, 10395 — a. 3 a. C.
C. Maecenati Phoebo, VI, 7248 — ante a. 9.[1])

Saeculo primo p. C.

Artemis pupilli Agrippae l., VI, 18548 — ante a, 14.
Phoebus Marciae Maxsimi, VI, 7884 — Augusto vel Tiberio imp.

[1]) In eo monumento, cujus est hic titulus, 14 homines inveniuntur cognomine Maecenas vel Maecenatia, ex quo concludi oportet fuisse omnes libertos et libertas C. Maecenatis, qui mortuus est a. 9 a. C.

C. Iulius Aug. l. Phoebus, VI, 20201 — ante a. 29.[1])
(Ti. Cla)udius Hermes, X, 6638 — a. 42.
Hermes lapidarius ibidem — a. 49.
Artemis Divae Iuliae Aug. l., VI, 18038 — Claudio imp.[2])
6. Claudii liberti: tres Phoebi, duo Hermae, unus Hermes, — Claudio imp.
In monumento Liviae, quod in usu fuit a. ca. 14 — 54. (cf. VI, p. 877 seq.):
Chrysarium Liviae l. Hermae, VI, 4107 — ante a. 14.
Urbanus Lydes Aug. l. dat. Hermae, VI, 4237 — ante a. 54.
Dama Liviae l. — Phoebus, VI, 4116 — ante a. 14.
Feliculae Hermetis . . . Livia S. . . . VI, 4261 — ante a. 14.
In mon. Neronis Drusi, 14—37. (cf. VI, p. 899 seq.)
Hermes pater, VI, 4388 — a. 14—37.
Ti. Claudius Pboebus, VI, 4375 — a. 14—37.
In mon. Marcellae, 10—37. (cf. VI, p. 910 seq.)
D. M. Hermetis bene merentis, VI, 4681 — 10—37.
C. Terentius Mercurius, VI, 4865 — 10—37.
Phoebus, VI, 4560 — 10—37.
C. Hirtius Phoebus, VI, 4606 - 10—37.
In mon. III, (cf. VI, p. 926 seq.) — 14—54.
Phoebus Pompejae ser., VI, 5178 — 14—54.
Hermes, VI, 4961 — 14—54.
M. Seppius Hermes, VI, 5022 — 14—54.
Hermes pater Hermadionis, VI, 5115 — 14—54.
He]rmes feci[t] vernae Herme, VI, 5116 — 14—54.
M. Cipius Hermes, VI, 5175, — 14—54.
Ti. Claudius Herma Claudia Hermae l. Faustilla, VI, 4920 — 14—54.
T]i. Claudius Herma, VI, 5092, 14—54.
Mon. IV, (cf. VI, p. 941.) — ca. 14—50. —
C. Iulius Hermes, VI, 5326 — ante a. 14.
Clodius Hermes, VI, 5423 — ante a. 50.

---

[1]) Phoebus Augusti vel Liviae libertus erat; Augustus autem obiit a. 14, Livia anno 29.

[2]) Livia usque ad mortem Augusti Livia vocabatur, tum Iuliae Augustae nomine uti coepit, postquam a Claudio consecrata est, nomen Divae Iuliae vel Divae Augustae accepit.

Mon. V, (cf. VI, p. 956) in usu fuit usque ad. a. 37.
Q. Caecilius Phoebus, VI, 5543 — ante a. 37.
Mon. Arruntiorum, (cf. VI, p. 979) usque ad. a. 37.
Hermes, VI, 5941 — ante a. 37.
Mon. Statiliorum, (cf. VI, p. 1016) a. ca. 50.
Hermes et Statilia Donata, VI, 6628 — a. f. 50.
Mon. Volusiorum, (cf. VI. d. 1044) a. fere 40—60.
Herma a manu VI, 7373 — a. 40—60.
Hermes L. [V·o]lusi, VI, 7309 — a. 40—60.
Herma Ti. Claudii Caesarus servus, VI, 138 — Claudio imp.
Hermes Vibi, I, 776 — a. 60.
Claudia Pallas, VI, 3739 — Nerone imp.
Phoebus Octaviae exactor VI, 8697 a. — ante a. 62. [1])
L. Valerius Herma, X, 7891 — 68.
T. Flavius Aug. lib. Phoebus, XIV, 2060 — 68.
M. Nassius Phoebus, X, 1402, L. Aufidius Hermes tres Phoebi, VI, 200 — 70.
43 nomina in titulis Pompejanis et Herculaneis inventi, in quibus viginti Hermetis, tres Hermae sedecim Phoebi, duo Veneres, una Deana, unus Poseidon. — ante a. 79.
C. Poppaeus Aug. lib. Hermes, X, 1906 — ante 65. [2])
Herma Fontei, VI, 10350 — Vespasiano imp.
M. Mucius Hermes, VI, 163 — 83.
P. Silius Hermes, III, p. 857 — 86.
tres Flaviorum liberti: duo Hermetes, unus Phoebus — 69—96.
duo Hermetes, XI, 1147 — Nerva imp.
L. Cercennius L. lib. Hermes, VI, 451 — 100.
duo Hermetes, VI, 453 ca. 100.
i. s.: 105 nomina: 49 × Hermes, 34 × Phoebus, 14 × Herma, 2 × Artemis, 1 × Pallas, 1 × Posido, 2 × Venus, 1 × Deana, 1 × Mercurius: 101 igitur Graeca nomina, 4 Latina.

Saeculo altero p. C.

2 Trajani liberti, Hermes et Herma, VI, 10992 et 8799 — 98—117.

---

[1]) Octavia Neronis uxor mortua est anno 62 p. C.
[2]) Hoc anno Pappaea mortua est.

Sabinae Augustae Q. Lollius Herma, VI, 996, Salonius Hermes, XIV, 408, C. Arminius Hermes, VI, 12348 — Trajano imp.
L. Iavolemus Phoebus, VI, 2184 — 101.
Phoebus min. font., C. Varius [H]ermes, VI, 155 — 105.
Phoebus, Hermes. VI, 10229 — 108. 2 Hermetes, VI, 10243 — 110.
L. Plutius L. f. Pal. Phoebus, X, 1633 — 112.
Hermes malliator, VI, 44 — 115.
2 Hadriani liberti, Hermes et Phoebus, III, 431. VI, 10654 — 117 — 138.
Hermes ser. eph. ep. VI, 112 — 124.
3 Hermetes milites — 129. Hermes, Mercurius, VI, 157 — 131.
2 Mercurii, 2 Hermae, 2 Hermetes, VI, 158/159 — 131—140.
3 Hermetes milites — 134. 6 Hermetes mag. vic., VI, 975 — 136.
T. Flavius Hermes, IX, 4976, L. Annaeus Hermes, eph. ep., V, 1261 — Antonino Pio imp.
3 Antonini liberti: 2 Hermetes, 1 Phoebus — 139 — 161.
Mercurius, Hermes, VI, 157/159 — 140.
5 Hermetes, 3 Mercurii, XIV, 246 — 140.
Q. Claudius, Q. l. Phoebus, L. Vallius, L. l. Phoebus VI, 978 — 136.
L. Mindius Phoebus, VI, 2279 — 143.
Phoebus qui et Termogus, VI, 24162 — 143—163.
Hermes ser., VI, XIV, 1979 — 139—163.
M. Cipius Hermes, duo Phoebi, XIV, 250 — 152.
C. Ofilius Hermes, VI, 10234 — 153.
duo M. Aureli liberti, duo Hermetes, III, 2077 et VI, 8698 — 161 — 180.
Artiscius Hermes, V, 798 — 165. Dexios Hermetis, VI, 165 — 166.
M'. Paccius Hermes, IX, 4970 — 173.
M. Publicius Mercurius, XIV, 246 — 192.
Hermes Aureliae Vibiae Sabinae ser., II, 133 — 161—180.
i. s.: 67 nomina; ex quibus 57 ante annum 150 inveniuntur: 44 Hermetes, 4 Hermae, 11 Phoebi, 8 Mercurii, 59 igitur Graeca, 8 Latina nomina.

Saeculo tertio.

duo Hermetes, VI, 738 et 975 — Sept. Severo imp.
Novius Hermes honoratus, Tucejus Hermes scriba VI, 1060 — 198—210.
P. Tuticanius Hermes, VI, 220 — 203.

4 Mercurii, 6 Hermetes vigiles — 205.
C. Iulius Hermes medicus, L. Calpurn(ius) Mercur(ius), 3 Hermetes vigiles — 210.
Ammoni(us) Mercurius, eph. ep. IV, 521 — 234.
Ermes, III, 870 — 235.
C. Vettius Mercurius cornicularius, XIV, 160 — ca. a. 240.
C. Clodius Mercurius, C. Iunius Mercurius, dendrophori, X, 3699 — 251.
Cn. Sergius Mercurius, VII, 128 — 285.
Q. Clodius Iason et Mercurius, VI, 1018 — Caracalla imp. (211—17).

i. s.: 27 nomina: 16 Hermetes, 11 Mercurii.

Saeculo quarto.

Aur. Mercurius, III, 1967 — 303.
Mercurius vinarius, VI, 1766 — 368.
tres Mercurii, annali dell' Instituto, 1882, p. 132 — saec. IV.
Fl. Mercurius biarcus, V, 8757 — exeunte saec. IV. [1])
Mercurius circitor, XIV, 3649 — saec. IV, vel. V.

i. s.: 7 Mercurii.

Saeculo quinto.

Hermes probus, XII, 5338 — 442.
Hermes diaconus, XII, 5331 — 445.

In titulis christianis occurrunt nomina: Fl. Mercurius, Hermes diaconus, Hermes probus, M. Livius Hermes, Hermes. Christianos autem esse hos titulos (V, 8757. XII, 5336. 5338. XIV, 3459. XII, 611) demonstratur appositis signis christianis: ancora, cruce, piscibus. Invenimus igitur:

ante Christum natum:	2 nomina eaque Graeca		
Saec. I:	105:	4 Latina,	101 Graeca.
Saec. II:	67:	8 Latina,	59 Graeca.
Saec. III:	27:	11 Latina,	16 Graeca.
Saec. IV:	7:	7 Latina,	— Graeca.
Saec. V:	2:	— Latina,	2 Graeca.

---

[1]) Titulus V, 8757 et sequentes reperti sunt in communi sepulcro ad Concordiam in Gallia Cisalpina. Ex quibus cum tres annos adscriptos habeant 396, 410, 427, his reliquos tam similes putat, Mommsen ut adscribat aevo Arcadii et Honorii.

Itaque cum 1234 omnino in titulis Latinis invenerim nomina deorum, 210 certo tempori adscribi possunt. Satis magnus numerus, ex quo conclusionen facere liceat. Ex tabulis igitur efficitur Romanos primum deorum nomina hominibus imposuisse paucis ante Christum natum annis, maxime indulsisse huic consuetudini primo p. C. saeculo, deinde paulatim eam minuisse, penitus amisisse saeculo sexto. In quo mirum videtur etiam Christianos veterum deorum nomina pro cognominibus usurpasse. Ex hac re vel maxime intelligi potest quantopere pervulgata fuerit haec consuetudo. Nimirum obliti erant, quis esset proprius illorum nominum sensus. Porro eadem nomina non omnibus saeculis usurpabantur. Nam primo saeculo invenimus nomina Hermetis, Phoebi, Artemidis, Palladis, Posidonis, Veneris, Deanae, Mercurii, altero: Hermetis, Phoebi, Mercurii, tertio: Hermetis, Mercurii, quarto: Mercurii, quinto: Hermetis. Simul pedetemptim minui hanc nominum copiam videmus. Nam primum omnia nomina in usu fuerunt. Deinde Hermetis, Phoebi, Mercurii, tum Hermetis et Mercurii nomina. Haec tria nomina imprimis in deliciis fuisse etiam inde apparet, quod longe saepissime inveniuntur. Postremo memoratu dignum est longe aliter usurpata esse a Romanis Graeca deorum nomina, aliter Romana. Primo enim saeculo 101 inveniuntur Graeca nomina, 4 Latina; altero 59 Graeca, 8 Latina; tertio 16 Graeca, 11 Latina; quinto duo Graeca, nulla Latina. Ergo Latina deorum nomina serius quam Graeca usurpari coepta sunt, eaque initio multo rarius, deinde paulo saepius, postremo etiam saepius quam Graeca. Atque haec quidem hactenus.

Comparantibus nobis utriusque nationis usum Graecos videmus haec nomina et ingenuis et servis imposuisse, Romanos tantummodo libertis et servis paucis ingenuis exceptis.

Porro multa nomina in Graecis titulis inventa Romanorum sunt.

Praeterea primum nomen Romanum, quod certo anno adscribi potest, anni est 9 a. C., primum Graecum aevi Tiberiani.

Apud Romanos haec nomina maxime in usu erant primo p. C. saeculo, apud Graecos altero. Ex quo consequens esse videtur Romanos priores deorum nomina liberis imposuisse quam Graecos. Nam vetustius illud apud Romanos nomen potest casui dari. Hoc vero ratione non casu interpretandum est apud Romanos primo, apud Graecos altero p. C. saeculo demum maxime

floruisse hanc consuetudinem. Itaque Romanos moris auctores fuisse evincitur. Praeterea nomina Graeca in titulis Italicis inventa Romanam originem prodere jam supra dixi. Accedit, quod unum ex his nominibus, Ἀφροδίτη, ter invenitur in Italicis titulis, numquam in Graecis regionibus, contra 57 × in titulis Latinis idque 27 × in ipsa Roma, 16 × in cetera Italia. Itaque cum nomen Aphrodite aqud Romanos fuerit usitatissimum, numquam inveniatur in Graecia, in illis tribus titulis in Italia inventis Graecos a Romanis deae nomen accepisse apparet. Postremo etiam inde, quod ultimum Graecum nomen, quod invenitur, aevi est Valeriani imperatoris (253—259), ultimum Romanum anni 445, cognosci potest hunc morem Romanis non solum diutius placuisse quam Graecis, sed etiam magis accommodatum fuisse indoli eorum.

Quae cum ita sint, haec fere de more liberis deorum nomina imponendi confirmare posse mihi videor: Primum Romani paucis annis a. C. Graeca deorum nomina sicut alia liberis im posuerunt. Et quoniam mos erat apud Romanos, ut Graeca et alia peregrina nomina libertis modo et servis darentur, haec consuedo etiam in Graeca deorum nomina transiit. Paullo post [1]) Latina quoque deorum nomina in eundem usum verterunt, et ad idem genus hominum relegaverunt. A Romanis mos translatus est ad Graecos. Qui ingenuis aeque ac servis haec nomina dabant, nam absurdum erat, Graecos Graeca nomina parvi facere. Latina deorum nomina Graeci non usurpaverunt. [2]) Nec tamen Graeci morem translatum tam diu servaverunt, quam Romani, nam decesserunt deo eo medio fere tertio saeculo, Romani usque ad annum 445 retinuerunt. Mercurii autem et Phoebi nomine a Graecis et Romanis multo crebrius usurpabantur quam cetera.

Appendices.

I. Index deor. nom. vol. VI.

Aphrodite 286. 3446. (Afrodite) 8564. 9328. 10536. 10844. 12119. 12120. 12121. 12122. 12123. 13104. 13286.

---

[1]) Primum Latinum dei nomen, »C. Terentius Mercurius«, cum in monumento Marcellae inventum sit, annis adscribitur 10—37.

[2]) In tibulo Bithynico C. I. G. 3705: Γάϊος Ἰούλιος Ἑρμᾶς ὁ καὶ Μερκούριος, Romanus non Graecus videtur fuisse.

13287. 14463? (Afrode ////) 15195. 15221. 17137. 17407. 18280. 19842. 20270. 20373. 20374. 22657. 22861. (Afrodite).

Apollo: 12142. 12145. 19313. 19842.

Artemis: 11124. 12453. 15105. 18038. 18548. 19847.

Herma: 138. 158 (bi8) 675. 996. 1909. 1970. 2268. 4920. 5092. 7373. 7559. 8121. 8570. 8799. 8978. 9105. 9296. 9304. 9857. 9899. 10350. 10817. 11202. 11206. 11464. 11704. 11727. 11873. 11999. 12262. 12903. 13895. 14543. 15096. 15098. 15105. 15314. 15740. 15769. 15964. 16231. 16234. 16655. 17039. 18052. 18357. 18619. 19086. 19211. 19361. 19363. 19365. 20054. 20056. 20389. 20790. 21071. 21264. 22075. 22168. 23612. 24273.

Hermes: 44. 155. 157. 158. 159. 160. 163. 165. 198. 199. 200. 220. 406. 451. 453. 532. 609. 647. 738. 975. 1056. 1057. 1058. 1060. 1851. 1868. 1888. 2222. 2308. 2331. 2512. 3499. 3613. 3628. 3705. 4107. 4237. 4388. 4681. 4961. 5022. 5112. 5115. 5116 5175. 5326. 5422. 5423. 5941. 6628. 6732. 6874. 7088. 7089. 7235. 7309. 7491. 7580. 7717. 7899. 8063. 8122. 8457. 8529. 8551. 8698. 8779. 8854. 8870. 8919. 8973. 9073. 9102. 9118. 9249. 9331. 9348. 9376. 9471. 9541. 9575. 9641. 9646. 9664. 9705. 9821. 9915. 9997. **10**016. 107. 229. 234. 243. 251. 323. 395. 474. 498. 526. 586. 664. 719. 720. 879. 941. 968. 992. 995. **11**927. 195. 212. 480. 529—531. 597. 696. 869. **12**185: 241. 242. 348. 374. 428. 463. 526. 532. 580. 664. 719. 720. 735. 899. **13**051. 117. 119—123. 402. 430. 476. 505. 663. 751. 881. 895. 896. **14**053. 60. 169. 357. 409. 456. 557. 820. **15**048. 99—110. 277. 486. 496. 538. 554. 607. 623. 638. 705. 741. 742. 910. **16**021. 67. 232. 233. 472. 529. 695. 828. **17**112. 126. 128. 487. 538. 570. 591. 653. 673. 711. 895. 902. **18**000. 76. 84—86. 87—95. 254. 348. 404. 551. 631. 675. 721. 740. 776. 882. 907. 998. **19**011. 52. 87. 262. 346. 377—416. 527. 553. 622. 721. 749. 862. 912. **20**058. 64. 65. 67. 69. 247. 408. 477. 795—97. 878. 925. 931. **21**144. 213. 263. 447. 580. 603. 604. 692. 870. 968. 998. 999. **22**077. 208. 305. 383. 452. 481. 651. 653. 667. 827. 832. 931. 935. 939. 989. **23**049. 262. 279. 358. 363. 430. 464. 493. 566. 943. **24**029. 264. 271—274.

II. Index deor. nom. vol. XI, 1.

Addenda.

Haec ego de illa Graecorum et Romanorum consuetudine scripseram cum G. Hoffmann prof. ord. hujus universitatis me docuit etiam ab orientalibus deorum nomina hominibus tribui. A quorum consuetudine proclive est concludere etiam illum Graecorum et Romanorum morem originem ducere. Quam conjecturam insigni debeo Hoffmanni benevolentiae, qui simul, ut hac disputatione ornarem libellum meum, benigne permisit:

Orientalische Götternamen als Personennamen.

Es werden nur solche Namen aufgeführt, welche den Götternamen ohne eine hinzugesetzte Endung tragen, die Hypokoristika von längeren zusammengesetzten Namen oder sonstige Derivate bezeichnen könnte. In einigen Fällen vokalischer Endung, wo es zweifelhaft ist, ob eine hypokoristische Endung eingeschlossen vorliegt, wird dies hervorgehoben. Uebrigens sind nur nächstliegende Beispiele berücksichtigt.

1. *Aegypten:* Hor, General: Wiedemann, aegyptische Geschichte, 1884 Index; p. 625.

Hes-t, Königin p. 744 = Isis.

Hor sa hest, »Horus Sohn der Isis« p. 558 = Ἁρσιῆσις, in der saitischen Epoche sehr häufig, nach Steindorff in Haupts Beiträgen zur Assyriologie I p. 350.

Har pe chrut, »Horus das Kind« = Harpocrates.

Αμουρασωνθηρ, = »Amen re der Götter-König« Steindorff l. c. p. 335. Vgl. unten.

Rā, (Sonnengott), ein Oberpriester, Wiedemann p. 357.

Rā-Set, (Gott Rê und Sêt), ein König, ibd. p. 296.

Nut-Amen, König ibd. s. v. und viele andre. Daher bei den Griechen Σάραπις, Bull. Corr. Hell. III, 82.

Die einfachen Namen sind wohl Abkürzungen der gewöhnlicheren Art der zusammengesetzten. Vgl. Erman in den Etu-

des archéol. dédiées à Mr. Leemans 1885 fol. p. 52. Diese Zusammensetzungen haben oft nicht den Sinn eines Prädicats oder einer andern ausgedrückten Beziehung zu dem Träger des Namens, sondern eine solche Beziehung ist hinzuzudenken: z. B. in »Rê-m-hb«, »Rê am Feste« Steindorff in Haupt's Beiträgen I, 336 oder wie in dem Namen: »Herr der Wahrheit ist (Gott) Rē.« p. 335. Gerade so in semitischen Zusammensetzungen.

Aegyptologen haben hierüber wahrscheinlich eingehend gehandelt. Vgl. Maspero in Lepsius' Zeitschr. f. Aeg. 1882 p. 124 f.; 1883 p. 110; Wilcken ibd. p. 159. Wiedemann, Gesch. p. 74.

2. *Babylon.* Vgl. die Namenverzeichnisse bei Strassmaier, Babylonische Texte I, Leipzig 1889 aus der Zeit des Nabonidos 555—538 v. Chr. und II 1889 aus der des Nabuchodonosor 604—561 v. Chr.

Marduk-bel-ilāni = »Merodach Herr der Götter.« I p. 44 n. 806.

Sin-ilāni = »Gott Sin der Götter.« I p. 64 n. 212.

Bel-bel-ilāni = »Bêl Herr der Götter.« II p. 20, 20; p. 31, 287; p. 37, 524.

Nabū-bel-ilāni = »Nebû Herr der Götter.« II p. 22, 93; p. 32, 341.

Marduk-bel-ilu = »Merodach Herr-Gott.« [= der Götter?] II p. 22, 114. Vgl. das oben erwähnte aegyptische *Αμουρασωνϑηρ*.

Assur, (höchster Gott der Assyrer). I p. 57 n. 1132 p. 67 n. 874?

Marduk, II p. 28, 178; p. 30, 272; p. 32, 342; p. 33, 385; p. 35, 444; p. 34, 423 aber. Marduku; p. 36, 486: Marduka; so I p. 57 (ter.)

Nannai, Göttin. I n. 147; p. 57 n. 47, — n. 682. II, 390; noch in Palmyra: Vgl. G. Hoffmann, Auszüge aus Syr. Akt. pers. Märtyrer 1880 p. 161. Vgl. Pappai, I n. 419 n. 601. Da die Göttin sonst Nanā geschrieben wird, fragt sich, ob die Endung ai derivativ ist.

Ea-bani, (Name eines göttlichen Heros.) I p. 55 n. 764; II p. 33, 367.

Adar-malik, »Adar der König«, s. Schrader zu 2 Kön. 17 (= Adrammelech, Gott und Königssohn.)

Die Verwendung einfacher Götternamen für Menschen ist in Strassmaier's Liste selten. Sie entstand wahrscheinlich nur zur Abkürzung, wie man daselbst auch sonst Bestandteile der gewöhnlich satzbildenden Composita vorn oder hinten fortgelassen findet.

3. *Syrisch:* Mamê (Mamâ) = Göttin Mamai, die mir Dr. Jensen schon altbabylonisch als Mami nachgewiesen hat, vgl. Meme bei Strassmaier I p. 56 n. 613; p. 58 n. 817; — n. 611; n. 276. Ardu Meme n. 1059. 881. Subat Meme (Ort) II p. 19 n. 36.

'Atai = Atergatis-chen: in Palmyra: de Vogüé, Inscriptions Sém. I p. 44 n. 54.

Babai häufiger Mannesname; auch einer Frau: Cureton, Syriac ancient documents p. 44. nach der ***Βαβία (Βαβαία) θεός*** des Damaskios, Leben des Isidoros, Phot. cod. CCXLII d. h. »Baby.« *Ἀμαοβαβιάτης* C. I. Gr. 4463 ist wahrscheinlich *Ἀμαθβαβεάτης* d. i. »Magd des Baby 'Atê« d. h der Atergatis als Baby oder Babyhüterin. vgl. Babia (Mann) bei Strassmaier a. a. O. II p. 26,93. Möglich ist freilich, dass das Appellativ Beiname, wie der Frauen, so der Göttin ward.

Segal, babylonische Göttin, = »Gemahlin« u. Frauenname in Palmyra: de Vogüé, inscr. I p. 43 n. 49; p. 44 n. 56 57 60.

Jarhîbôl und Jarhîbôlâ *(Ἰαρίβωλος)* der palmyrenische *Μηνοτύραννος*: Mann: de Vogüé, Inscr. Sém. I p. 74 n. 124: p. 6. p. 53 n. 73. Gott: p. 17. Waddington 2571 c. 2598.

Kaiser Elagabalus oder Alagabalus schon abgekürzt aus: Alagabalammudat-es. In der Ergänzung: Alagabal[o] Ammudati C. I. Lat. III n. 4300 sollte das erste Dativzeichen fehlen. Dieser künstliche synkretistische Name des Gottes von Hemesa lautet nach meiner Vermuthung ursprünglich: Elâh[â?] Gad Ba'lhammûn Hadad d. h. Deus Fortuna(e) Balhammonis qui idem Hadadus d. h. der karthagische Gott mit dem syrischen Jupiter vereint, im Zusammenhange mit der Verheiratung der Caelestis »Benefal« durch den Kaiser. Z. D. M. G. 31,93. So nennt man sich in christlicher Zeit ISO', d. h. Jesus, nicht bloss nach dem gleichlautenden Josua.

4. *Kananitisch (phönikisch)* 'Anât (Göttin der Babylonier und Phöniker). Name eines Mannes Richt. 3, 35; 5, 6.

'Astôr *Ἀσθῶρος* (Astarte) Mann, Palmyra, 147 v. Chr.: de Vogüé p. 8. n. 4. wohl Abkürzung für »Sohn der 'Astôr.« —

Secchun Sattari filius C. I. L. VIII, 2. 5099 Gott Sanchon, Mercur.

Ba'alu und Ba'ali, König von Tyros zur Zeit Asarhaddon's und Asurbanipals: Delitzsch, Paradies 284. Ba'lî auf Cypern: C. I. Semit. n. 223 p. 315, also wohl mit hypokoristischer Endung.

Esmûn, Maliqart u. a. als Personennamen im Tempel des Seti zu Abydos bei Bloch, Phoenic. Glossar 1891 p. 16 sind zweifelhaft.

Punisch. Monna dea(??), u. Name mit vielen lateinischen Ableitungen C. I. L. VIII, 2 Indic.

Mescar C. I. L. VIII, 2, 5194 Misicir 5217, zugleich Gottheit in GêrMeskar und HatorMeskar: C. I. Sem.

5. *Karisch.* *Σάσσωμος* Mann auf der Inschrift von Halikarnass: Bull. de Corresp. Hellénique IV, 304. 317. 318. Dies ist, wie es scheint, ein in's Phönikische auf Cypern übergegangener Gottesname nach Deecke's *Αψασωμος* = 'Abd-Ssm der zweiten Inschrift von Tamassos s. Berger, Comptes rendus 1887 4 sér. t. 15 p. 194. Davon das Hypokoristikon *Σεσμαος*, Sismai I. Chr. 2, 40. C. I. Semit. n. 95, 3. — Vgl. Herodot 2, 61: 59.

6. *Arabisch.* Jaghûth Gott, *Ἰεγοῦθος* Mann, 2. Jahrh. vor Christ., Aegypten: Rev. arch. 1870 p. 109. 170.

Aumû, graecisirt *Αὖμος* in der Trachonitis östl. vom Jordan. *Διὸς ἀνικήτου θεοῦ Αὔμου* Waddington 2392 u. s. w. *ἀνίκητον ἥλιον θεὸν Αὖμον* Wadd. 2393. 2394. *θεῷ Αὔμου* (dat.) unter Severus Alexander Wadd. 2456. Darnach Männer: *Πρόκλος Αὔμου τῷ θεῷ τὸν Γανυμήδην ἐξ ἰδίων ὑπὲρ Αὔμου υἱοῦ ἀνέθηκεν* W. 2097. *Αὖμος Σαούδου* Wadd. 2170. W. 2463. 2465. (Christ).

'Azîzû, Mann: de Vogüé Inscr. Sém. I, p. 21 n. 17 (a. 254 Chr.) n. 18 (a. 259 Chr.) u. öfter bei Waddington *Ἄζιζος*: Name des Planetengottes Mars (Pseudobardesanes in Curet. Spicil.) namentlich in Hemesa nach Spanheim's richtiger Correctur in Iulian. orat. IV p. 150 vgl. Azizos, König von Emesa Ios. Antiq. 20, 7, 1. 2; 8, 4. Deo Azizo bono p[uero conserva]tori. C. I. Lat. III, 2 n. 875 u. s. w.

'Uzzai Planetgöttin Venus als Frauenname: z. B. de Vogüé Inscr. Sém. I p. 122 n. 10.

Μόνιμος als Name von Arabern nach dem Gotte von

Hemesa: Iulian. Or. IV p. 150 ed. Spanhem. Wadd. 2117. 2128. u. a. m. [Sonst auch griech. Name].

Μανάφι[ο]ς Wadd. 2386 Mann, nach Manâf, Gott- u. Personenname im Arab.

Οὐάδδου Gen., Mann 171 Chr. Waddington 1069; Levy, Z. D. M. G. 14, 448. 475. 16, 370. Wadd, Gottheit.

Ferner kommen: Isâf, Nâ'ilat, Hubal, Qais, Ri'âm, Nasr, Nuhm, ʿAud, Ghanm, Qusai u. a. als Götter- und Menschen-, namentlich Stammnamen vor. Auch im Arab. lässt sich dieser Gebrauch teilweise als Abkürzung deuten.

7. *Persisch.* Vielleicht *Φραόρτης* der Mederkönig = Fravarti. — *Μιθρέως* Gen., Cataonien: Bull. Corr. Hellénique VII p. 138. 276. *Μίθρης Σώσου Ἀντιοχεύς* C. I. A. 2336. Bei den Sasaniden tragen die Fürsten Oharmazdî (Hormizd) Z. D. M. G. 8, 37; Narsehî, Narsê ibd. p. 43. Varahrân p. 39 u. s. w. Bahrâm; so auch Bahman = Wahuman die Namen von Göttern und Genien, u. die syrische Märtyrerin Anâhêdh (Payne-Smith thes.) heisst nach der Göttin Anâhita.

5. August 1891.

G. Hoffmann.

Vita.

Natus sum Hans Meyersahm Oldenburgiae Holsatorum d. 25. m. Sept. a. 1867, patre Henrico, quem a. 1879 mihi ereptum lugeo, matre Antonia e gente Petersen. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum primordiis et in schola publica et a praeceptore domestico imbutus auctumno a. 1878 in gymnasium Ploeniense receptus sum, quod florebat tum moderante Chr. Heimreich, viro illustrissimo et doctissimo. Vere a. 1886 testimonium maturitatis adeptus universitati Kiliensi civis ascriptus sum, ibique per sex semestria scholas audivi. Vere a. 1889 Bonnam migravi, unde post tria fere semestria Kiliam reverti. Stipendia militaria feci Kiliae a. 1886/87, exercitationibus militaribus perfunctus sum a. 1888 et 1890, praeterea per duo semestria fui praeceptor domesticus. Examen rigorosum superavi d. 18. m. Jul. 1891.

Docuerunt me vv. dd. Kilienses: Blass, Bruns, Busolt, Cauer, Deussen, R. Förster (nunc Breslauensis), Forchhammer, Glogau, Schum, Vogt (nunc Breslauensis); Bonnenses: Bender, Bücheler, Lamprecht (nunc Lipsiensis), Landsberg, Lipps (nunc Breslauensis), Loeschke, Nissen, Usener. Seminarii philologici Kiliensis sodalis fui ordinarius per tria semestria. Praeterea Kiliae interfui: proseminario philologico, seminariis historicis Busolti, Schumi, Schirreni, exercitationibus hebraicis Hoffmanni, philosophicis Deusseni, archaeologicis Rossbachi; Bonnae: proseminario philologico, seminariis historicis Nisseni et Ritteri, exercitationibus archaeologicis Loeschkii, historicis Lamprechti. Quibus viris omnibus gratias ago semperque habebo quam maximas. Büchelerum, ut tractarem hanc quaestionem, me incitasse, Blassium et Brunsium in conficiendo opusculo nunquam mihi defuisse grato animo profiteor.

Sententiae controversae.

I.

Tac. dial. cap. V in fine lego: sive in judiciis sive in senatu sive apud principem.

II.

Pindar. Pyth. I, 52 lego cum Rauchensteinio:

σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιῇ φίλον
καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ ἔσανεν.

III.

Lucret. II, 500 seq. lego:

Iam tibi barbaricae vestes Meliboeaque fulgens
Purpura Thessalico concharum tacta colore et
Aurea pavonum ridenti imbuta lepore
Saecla novo rerum superata colore jacerent.

IV.

Ea, quae Livius l. XXI, 31—38 de Alpino Hannibalis transitu tradidit, fide carent.

V.

Philologorum studia ita in 12 semestria distribuantur, ut peractis 6 prioribus, quantum in litteris profecerint, spectetur.

VI.

Historiam artis plasticae nosse debent literas veterum in gymnasiis docturi.